cau ferret att omnem tribulationem.

R. Ecce dominator dominus cum virtute veniet. laus.

mitte agnum domine dominatorem. Lec. v.
de petra deserti. ad montem filie syon.
Et erit sicut avis fugiens. et pulli de ni
do avolantes. sic erunt filie moab in
transitu arnon. Ini consilium ~~coge~~. co
ge consilium. pone quasi noctem umbram
tuam in meridie. Absconde fugientes.
et vagos ne prodas. Habitabunt apud
te profugi mei. Moab esto latibulum

et non erit qui exterreat. Et cessabit ad
iutorium ab effraym. et regnum a damas
co. et reliquie syrie sicut gloria filiorum isr.
dicit dominus. Convertimini ad me. et salui.

R. Sicut mater consolatur filios suos ita consola
bor vos dicit dominus et de iherusalem
civitate quam elegi veniet vobis auxili
um et videbitis et gaudebit cor vestrum.

de ... gaude et letare ... [illegible]

[illegible] ... saluare ... ueni et.

Ex quibus etiam in [illegible] alii bono ueni[illegible] bonitate. viii.

Ter positis hoc quod modo audistis ad iungere. Et erunt signa in sole et luna. et stellis. et in terris pressura gentium. pre confusione sonitus maris et fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia iam facta cernimus: e proximo alia uentura formidamus. Nam gentem super gentem

noua [illegible] cetera multa iam prenunciata completa sunt. dubium non est quin sequantur pauca que restant. quia sequentium rerum certitudo est [illegible] preteritarum exhybitio. Hec nos fratres karissimi ideo dicimus ut ad cautele studium uestre mentes euigilent. ne securitate torpeant. ne ignorantia languescant. sed semper eas et timor sollicitet in bono opere. et sollicitudo confirmet. pensantes hoc quod redemptoris uoce subiungitur. Arescentibus hominibus pre timore et expectatione que superuenient